



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Onus quincuplex.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Onus quintulpex.

Primum est, onus culpæ. Psal. 37
 Quoniam iniquitates meæ super-
 gressæ sunt caput meū, sicut onus
 graue grauata, sunt super me. Verè
 onus qui nec firmamentum potuit su-
 stinere. Luc. Videbam Satanam sicut
 fulgur de cælo cadentem, &c. Vnde
 Paulus. Deponentes omne pondus,
 &c. Hæc onera imponunt demones.
 Exod. Itè ad onera uestra luti, & late-
 ris, &c. Hoc onus tripliciter porta-
 tur, scilicet, oratione sicut dixit Saul
 ad Samuelem. Nunc quæso porta pec-
 catum meum. Num. Tu & filij tui, &
 domus patris tui, portabitis iniqui-
 tatem sanctuarij, &c. Leuit. Cur non
 comeditis hostiam pro peccato? quod
 de prælatis intelligitur. Item Com-
 passione uera. Vnde Paulus. Quis in-
 firmatur, & ego non infirmor? &c.
 Item Consolatione. Gall. Si præo-
 cupatus fuerit homo in aliquo de-
 licto, uos qui spirituales estis huius-
 modi instruite in spiritu lenitatis,
 &c. Secundum est, onus pœnæ. Matt.
 Alligant enim onera graua & impor-
 tabilia, digito autem suo nolunt ea

Psal. 37

Luc. 10

Heb. 12

Exo. 5

Reg. 15
 Nu. 81

Leu. 10

1. Co. 11

Gall. 6

Matt. 23

CHRISTIANA

mouere, &c. Hæc onera portat pro Christo charitas, quæ omnia suffert. Hæc onera portantur pro defunctis, ut pro illis satisfaciant, sicut & Christus onera nostra portauit. Vnde Petrus. Peccata nostra, idest peccata pro peccatis pertulit in corpore suo super lignum. Tertium est onus numerum incompositorum. Matt. 9. Generatio incredula usquequo patietur uos? Hieronymus. Vos estis onus meum, proiciam quippe uos. Quartum est, necessitas, quod est pauperes suscipere, egenos pascere, infirmitates fratrum patienter sustinere. Quintum est sollicitudinis idest onus prælatorum, qui sunt uelut iumenta spiritus sancti portantes onera fratrum & congregationum suarum amore spiritus sancti, in quo onere debemus & nos adiuuare eos. Vnde Numeri. Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis ut sustentent tecum onus populi & non tu solus graueris, &c.

2. Pet. 2.

Matt. 9.

Hier. 23

Num. 11.

Pacem debemus habere cum tribus.

Io. 16.

Primo, cum deo. Io. 16. In mundo præsuram habebitis, in me autem pacem. Ad quam habendam...

sunt m
meat
tie, tin
salutis
Timon
&c. Se
suam f
cem n
tium e
Ila. V
facta f
Iob.
Secur
proxim
omnib
haber
est ut
enim
pacem
Dum
cem t
in hoc
cem c
rius.
tat, n
mi co
iniuri
ullam
dilige
est, u
faciam
bene